



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Petiti Philosophi & Doctoris Medici, Miscellanearum Observationum Libri quatuor

Petit, Pierre

Trajecti ad Rhenum, 1682

Caput X. Solonis versus, quo se aiebat semper aliquid addiscentem
senescere, & quid de senili studio Plato senserit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-13245

quod publici multarum civitatum reditus e metallis caperentur: ut olim apud Athenienses, teste *Aristophane in Vespis* in hac enumeratione,

Πρῶτανεῖα μέταλλ' ἀγοράς, λιμένας, μισθὸς, καὶ δημοσίαι α.
Τούτων πλήρωμα, τάλαντ' ἑξήκοντα διχίλια γίνεται ἡμῖν.

CAPUT. X.

Solonis versus quo se agebat semper aliquid addiscentem senescere, & quid de senili studio Plato senserit.

Nter alia commendata in *Solonis elegis*, hic versus in primis fertur,

Ἄντι γηράσκω πολλὰ διδασκόμευθ.

Quo significabat senescere se multa in dies addiscentem: ita enim *Cicero* in Dialogo de *Senectute* hunc versiculum interpretatur. censetque plane juxta hanc sententiam, *manere ingenia senibus, modo permaneat studium & industria*. Proponit etiam hoc dictum *Plato* in eo dialogo, qui inscribitur *Laches*: εἰς τὸν ἑπειτα εἶον προμηθεσερον ἀνάγκη εἶναι τὸν ταῦτα μὴ φεύγοντα, ἀλλ' ἐθέλοντα κατὰ τῆς Σόλωνθ, καὶ ἀξιοῦντα μανθάνειν, ἕως περ ἂν ζῆ, καὶ μὴ οἰόμενον αὐτῷ τὸ γῆρας νοῦν ἔχον προσίεναι. Quibus verbis hujus *Solonis* propositi rationem reddit: nempe ideo semper esse discendum, studendumque, quandiu vivimus, quia *Senectus* mentem secum non affert hominibus, sed potius aufert. Quo & illud *Poëtæ*, pertinet:

Omnia fert ætas, animum quoque.

Statim quippe memoriam, maxime necessarium discantibus bonum labefactat, atque ita oblivionem inducit, adversus quam studio & industria pugnandum est. Ceterum

C

idem

idem *Plato* lib. 7. Πολιτειῶν, hoc dictum *Solonis* improbat, quo multa senescentem se addiscere autumat: neque minus absurdum id iudicat, ac si quis opinetur aliquem, qui bene poterat currere in ætate florenti, eandem retinere in senectute velocitatem pedum, & non minus aptum esse ad cursum. Quam facultatem una cum aliis corporis dotibus minui, ævo atteri ac languere palam est. Atque minus adhuc idoneum esse senem putandum est ad multa animo per disciplinam consequenda. Labore enim improbo opus est ei, qui multa addiscere velit. Itaque nominatim *Solonem* ibi ob hanc opinionem perstringit, his scilicet verbis: Σόλωνι γὰρ ἔπεισέον, ὡς γηράσκων τις πολλὰ δυνατὸς μάναθάνειν, ἀλλ' ἤτιον ἢ τρέχειν νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πολλοὶ πόνοι. i. Neque enim audiendus *Solon*, quod quis senescens multa valeat discere; immo minus hoc, quam multum currere. Juvenum autem sunt magni omnes & multi labores.

CAPUT XI.

Vetus proverbium ex verbis Aristotelis erutum.



Ota est omnibus præfatio *Aristotelis* in primo *Moralium ad Nicomachum* cap. 9. nempe haud proclivem sibi, aut lætam esse disputationem contra ideas, quas viri amici defendant: & tamen hanc esse suscipiendam veritatis causa: Ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοι, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Cum enim ambo amici sunt: sanctius tamen est veritatem præferre. His verbis ajo subesse allusionem ad vetus adagium, quod exstat apud *Athenæum* lib. 5. cap. 107. Ibi nescio quis de Athenione Philosopho Peripatetico, illo qui tyrannidem Athenis usurpavit, dicturus quædam parum illi honorifi-

ca,